

mulum Adamnanum perveniens, ubi doctus in scripturis, a sanctorum locorum gnarus esse illos non est, libentissime est ab illo susceptus, libentius auditus: adeo ut quaeque ille se in locis sanctis memoratu digna vidisse testabatur, cuncta mox ille literis mandare curaverit. Fecitque opus, (ut dixit) multis utile, & maxime illis, qui longius ab eis locis, in quibus Patriarcha, & Apostoli erant, secreti, ea tantum de his, quae lectioe didicerint, norunt. Porrexit autem librum huic Adamnani Alfrido Regi, ac per ejus est largitionem etiam minoribus ad legendum, & contraditus scriptor quoque ipse multis ab eo muneribus donatus, in patriam remissus est, quae lectioe didicerint, norunt. Porrexit autem ipse Beda, quae etiam hodie existat.

XXXIV. Conradus Constantiensis Episcopus, qui sanctam terram ter invisit: ut ex Schedelio refert Calvinista Hospinianus: quique tertia vice reverens ex Palaestina, sepulchrum Domini in Constantiensi aede, quod Hierosolymitanum illius formam ad amulum referret, exornari fecit, ad quod postea magnus concursus hominum undequaque factus est, ut ex Bruchio, & Schedelio idem Calvinista commemorat.

XXXV. Sigisfridus Moguntinus Episcopus. XXXVI. Guntherus Bambergensis. XXXVII. Otho Ratisbonensis. B XXXVIII. Vvillhelmus Trajectensis, & alii proceres Galliarum septem millibus stipati, profecti sunt Hierosolymam orandi gratia, Anno Christi 1064, ut ex Schaffnaburgensis, & Mariano Scotto firmari potest. Quibus comes accessit. XXXIX. Ingulphus Abbas Anglus XL. Cyriacus Anconitanus Martyr, qui sub Juliano Apostata terram sanctam visitavit, ut docet Baronius in Martyrologio ad A. d. 304. XLI. Guido Confessor bis Hierosolymam petiit. At fortassis ipso Expeditionum Cruciarum tempore, cum mortuus sit Anno M. C. XII. Quaequam feri potuit ut utraque peregrinatione ante primam Cruciatam expeditionem pergeret.

XLII. Joannes Chozebita, seu Chuzubita, Episcopus Caesariae, de quo in Menes 3. Octobris XLIII. Bernardus Monachus, anno Christi 870, apud Vvillhelmum Malesburiensem. XLIV. Dietericus III. Hollandiae Comes, Hierosolymitanus dictus, qui Hierosolymam ex voto, religionis ergo, ac Domini sepulchri visendi profectus sit, inquit Hollandicorum Annalium Auctor. Obiit Anno salutis 1039. XLV. Sanctus Fulco Comes Andegavens. Martelli pater, aliquot ante annis duorum omnino vernaculorum comitatu Hierosolymam peregre profectus, illis iurejurando adactis, se, quod imperaretur, facturus, sumpto noxii, damnaque habitu, eorum alteri collo resti illaqueandum, trahendumque ad Domini monumentum tradidit: alteri virgata dedit, quibus se tergo caesam, lacrumque eodem fcedere vociferantem. Admitte Domine miserum Fulconem, perjurium, & fugitivum tuum. Hoc factum satis constat, sed cuiusquam perjurii, scelerisque expiandi causa, non liquet.

Candidus, & Gabrius Germani fratres, patria dignitate praediti Hierosolymam profecti, omnia ibi loca perlustrarunt, & excolati sunt: vestem insuper Deiparae Virginis Constantinopolim attulerunt, Leone Magno Imperante, ut Auctor est Nicephorus. Laudatur Milesius Episcopus, quod solummodo peram circumferens, quae sacrum codicem Evangeliorum habebat, perrexit orationem facturus ad Hierosolymam, & inde in Aegyptum, ut videtur Monachus. Et Comes Orientis, nomine Cercus, incursum facturus contra Perfas existimavit, oportere se primum currere Hierosolymam, & illinc adversus hostes assumere auxilium, ut dicitur in vita Theodosii Canebarische.

Sub annum Domini millesimum secundum, Northmanni quadraginta numero, peregrino habitu, quippe qui ab Hierosolyma, quo orationis causa perrextant, redeuntes Salemm applicuerunt, vini & statura proceri, & specie venusti, & armis praecipui. Quam civitatem cum a Saracenis oblectam reperissent, accessit nutu Dei animis, a Gujamaro maiore, qui tunc Princeps erat, equos, armaque potentes subito in illos irruerunt, plurimisque peremptis, & reliquis in fugam versis, mirabili victoria, Deo largiente, potiti sunt. Efferuntur miris omnium laudibus, magnifice a Principe illustrati muneribus, ut manere secum debeant, multis precibus invitantur. Illi amore tantum Dei, & Christianae fidei assertionem hoc se fecisse asserentes, & dona respiciunt, & manere ibi posse se denegant. Praeditus itaque Princeps consilio habito, cum eis Legatos suos in Northmanniam dirigit, & veluti Narfes alter, eitra per eos poma, amygdala quoque, & inauratas nuces, &

pallia regia, & equorum phaleras auro, argenteoque distinctas illuc dirigens, ad hujusmodi gignementum humum illos non modo invitabat, verum etiam attrahabat.

Hos paucos ex innumerabilibus prodromis. Si cui non sufficiant, is recurrit ad illud S. Hieronymi dictum: Cuius gentis homines ad loca sancta non veniunt? Et ad aliud: De toto hoc orbe concurrunt; plena est civitas universi generis hominum; & tantum utriusque sexus confertio, ut quod alibi ex parte fugiebas, hic totum sustinere cogaris: ut omittam illa, quae nomine Paula, & Eustochii scribit ad Marcellam, in quibus infinita quadam peregrinorum multitudo continetur. Et si quis nominatim enotare vellet omnes illos, quos solus D. Hieronymus suis in epistolis, aliisque operibus Hierosolymam profectos scribit prolixum satis indicem conficeret. Si saeculo S. Hieronymi jam tantus erat Hierosolymam confluentium numerus; quantam accessionem subsecutus temporibus factam oportuit usque ad Cruciatas Expeditiones etiam capta a Saracenis Urbe? Neque enim impiorum immunitas, & truculenta Tyrannis efficere poterat, quo minus Christiani turmatim ad loca Christi miraculis nobilitata advolarent, quamvis durissimis propositis conditionibus a Mahometarum favita, & rapacitate: ut libro primo Operis sui de sacro bello sic ostendit Tyrus.

Immo haec tanta ad sepulchrum Dominicum proficiscens multitudo, occasione in Aegyptio Sultano dedit (tametsi Judaeis olcum camino subministrantibus) ut templum sepulchri Christi everteret, anno Christi nono supra millesimum, de quo haec Rodolphus Galber: Eo tempore, id est, anno nono post praefatum millesimum; Ecclesia, quae apud Hierosolymam sepulchrum continebat Domini, ac Salvatoris nostri, everta est funditus iussu Principis Babylonis: cujus videlicet everfionis occasio, tale quod dicitur sumus, cognoscitur exordium habuisse. Cum enim de toto terrarum orbe, ob insignem Dominicum memoriam, plurima fidelium multitudo Hierosolymam visitaturi pergeret: rursus cepit invadere diaboli per astuciam sibi Judaeorum gentem verae fidei cultoribus venenum suae nequitiae propinare. Erat igitur hujus generis apud Aurelianensem Galliarum regiam urbem, non modica multitudo, qui ceteris suae gentis atque audacioris sunt reperi. Hi denique nequam consilio inito, corruperunt quandam data pecunia, videlicet gyrovagum sub peregrino habitu, nomine Robertum, fugitivum utique servum B. Mariae Melrensis ceterobis. Quem accipientes caute miserunt, ad Principem Babylonis cum Hebraicis characteribus scriptis epistolis, pictaculis ferri baculo infertis, ne quo casu potuissent ab eo divelli. Qui egressus detuli literas praedicti Principi referens dolo, & nequitia. Et quoniam, nisi celerem domum Christianorum venerabilem subverteret, sciret se in proximum, Christianis regnum illius occupantibus, omni penitus dignitate carere. His vero Princeps auditis, protinus furore arreptus, misit Hierosolymam de suis, qui praedictum funditus subverterent templum. Qui venientes fecerunt ut eis fuerat imperatum. Ipsum quoque concavum sepulchri tumulum ferri tudibus qualiter tentantes, minime valuerunt.

Tunc etiam B. Georgii Mart. Ecclesiam in Ramulo pariter subverterunt: cujus olim virtus Saracenorum nimium gentem tenuerat. Fertur enim crebro illuc eos ingredi cupientes, raptim caecitate perculisse. Everfio igitur, ut diximus, templo, post paululum manifeste claruit, quoniam Judaeorum nequitia tantum nefas sit patratum: ut & divulgatum est per orbem universum: communi omnium Christianorum consensu decretum est, ut omnes Judaei ab illorum terris, vel civitatibus funditus pellerentur. Si quis unquam odii habitus, expulsi de civitatibus, ali gladiis cruciati, ali flammis necati, diverfisque mortium generibus interempti, nonnulli etiam sese diversa caede interemerunt, ita scilicet, ut de eis ultioe peracta via pauci illorum in orbe reperiretur Romano, &c.

Quid autem improbo illi, per quem Judaei literas suas ad Saracenos transfuderant, contigerit, prodium habes apud eundem Rodolphum his verbis: His ita gestis praedictus licet rarum bajulus, ad nativum male securus repedavit solus. Cepit itaque solummodo perquirere, si forte quempiam gentis suae fraudis conscium reperiret. Invenit vero perpaucos in civitate Aurelianorum pavidè admodum degentibus, rursus cepit illorum familiaritatis uti consortio: Accidit igitur, ut quidam peregrinus ejus in transfarino focus itinere, atque certissime illius conscius negotii illuc deveniret, rursusque sibi Judaeorum amicitias nimis haerere cerneret: palam universi indicare curavit, quanti mali gerulus ille esset homuncio, ex cujus rei causa

causa Judaeorum potiretur opibus. Qui, illico comprehensus, A acribusque agitur verberibus, proprie delationis confitetur crimen. Moxque a ministris Regis in conspectu totius plebis extra civitatem igni est traditus, & consumptus. Judaei tamen extra vagabundi, qui in locis abditis delitescerent praedictae superfuereant clade, post quinquennium everfionis templi, didicè superfuereant clade, post quinquennium everfionis templi, ceperunt in urbibus apparere perpauci. Et quoniam oportet, quamvis ad illorum confusionem, ut ex illis aliqui in futurum superferant, vel ad confirmandum proprium nefas, seu ad testimonium fusi sanguinis Christi; idcirco verò credimus Christianorum invanofinitum, divina dispendante providentia, in eis ad tempus mansuississe.

Eodem nihilominus anno, divina propitiae clementia, cepit mater ipsius Principis, videlicet Ammirati Babylonis, mulier Christianissima, nomine Maria, reedificare Christi templum, iussu ejus filii everfuit, politis, & quadris lapidibus. Nam & vir ipse quasi alter Nicodemus, pater hujus scilicet, de quo praefens est fermo, habuit occulte Christianus dicitur fuisse. Tunc quoque de universo terrarum orbe incredibilis hominum multitudo exultanter Hierosolymam pergentes, domi Dei laudanda plurima detulerant B munera. Haec Rudolph. Eisdem templi everfio meminit Joannes Cusopala in sua historia. Qui tamen hoc tempore, patrumque, & avorum memoria, aditus Hierosolymis, Hodeporica evulgatur, pro indubitate tradere videntur, templum, quod hodie in loco Domini sepulchri extructum cernitur, non esse aliud quam illud olim ab Helena Regina exadificatum.

De peregrinis Cruce signatis ab Anno Dom. M. XCVI. usque ad annum M. C. XC I.

Nihil vidit mundus admiratione dignius, quam tot non legiones, sed myriades peregrinorum per mille discrimina, laetissimo animo, in Palaestinam tendere; & quidem armata manu; et non tantum peregrini, sed & milites essent parati cum hostibus Christianae fidei, pro gloria Christi decertare, & vel gloriose vincere, vel sanguinem profundere; In quo isti peregrini non parum discrepabant ab aliis, qui ante gressis temporibus Hierosolymitanam peregrinationem susceperant: inermes enim, & absque apparatu bellico in Palaestinam tendebant, solis spiritualibus armis muniti: at isti nostri peregrinabant armati, tam peregrinorum, quam militum munus profecti; incredibili Christiani orbis gaudio, ac voluptate.

Hoc temporis intervallo, quo Hierosolyma a Christianis, beneficio Cruce signatorum militum, & peregrinorum recuperata, & possessa fuit, plurimi in terram sanctam confluebant, etiam extra publicas, & solemnitas Expeditiones. Ex quorum numero, Henricus Leo, Dux Saxoniae strenuissimus: qui splendido comitatu terram sanctam adit, & obiit, largus tam in terra incolae, quam in Ecclesiis: constitutus quoque annis redditibus, quibus cerei ad sepulchrum Domini asfuri compararentur, ut in Sclavorum Chronico proditum est.

Anno Domini M. C. LXX. GODERTUS Eremita, Anglus, qui, ut scribit Matthaeus Paris: Hierosolymam, & Dominicum sepulchrum devotissime visitaverat, & inde per S. Jacobum in Angliam remeaverat. Post aliquot annos, cum vitam eremiticam amplexus habitaret aliquando, quod de se divine voluntati placitum esset, vox lapsa de caelo dixit ei: Expedi D ubi ire Hierosolymam, & reveri: sed & sanctus confessor Christi Cuthbertus ei apparuit dicens: Vade Hierosolymam cum Domino crucifigi, & ego tibi sum futurus adjutor in omnibus, & patronus. Et itineris hujus labore consummato, sub mea protectione apud Finchale Domino militabis, GODERTUS autem Duncelum reverens, signum crucis cum presbyteri benedictione suscepit. In hoc itinere erat ei cibum panis hordaceus, & aqua potus, non vestes mutavit, nec abluit, non eis calcamenta deposuit, vel mutavit, aut emendavit, antequam ad loca sancta veniret. Ad sepulchrum Domini, & ad alia loca sancta veniens, devotè oravit, lachrymas fudit, solo adhaesit, oscula dixit, ita devotus exiens ut vix cuilibet credibile videtur. Ad Jordanis fluventem praecedens, cum cilicio, & scypho, quem in pera portabat, & cruce modica, quam semper in manibus ferebat, aequas fluminis introivit, quae omni post tempore, quae vidit, calcamenta deposuit, & dixit: Deus omnipotens, qui in hac terra nudis pedibus ambulasti, & eos pro me in patibulo clavus transfigi permististi, ego deinceps calcamenta pedibus non apponam. Exacto igitur peregrinationis voto, in Angliam repedit.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

Eandem peregrinationem suscepit, ac peregit Vvillhelmus Dux Aquitaniae, & Comes Pictaviensis, ut scribit in ejus vita E Theobaldus, & quidem triplici catena cinctus, circa annum Domini 1157. ut ex Hirsaugiensis Chronico refert confarinator Calvinianus. Et in Chronico praedicto nihil aliud reperio, quam haec verba: His temporibus claruit S. Vvillhelmus ex Comite Pictaviensi eremita nominatissimus, qui loriam ad nudam carnem portavit, & in maxima abstinentia corpus suum maceravit, miraculis multis gloriosus.

De majoribus S. Birgitta haec in vita ejus leguntur. Avus, & proavus, atque abavus patris ejus, exemplo Abrahae, & aliorum praeursorum Patrum, peregrini esse voluerunt in hoc mundo, tametsi erant divites in virtute, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis. Nam sacramenta Dominica passionis ad memoriam revocantes peregre profecti sunt in civitatem sanctam Hierusalem, & ad alia loca, quae Christus Jesus corporali praesentia sua illustravit: idque non sine multo sumptu, & labore. Eorum autem & exitum, & introitum Dominus misericorditer custodivit. Sed & Pater S. Birgitta Birgerus, in illorum vestigiis insultans, multa loca Sanctorum, puta S. Jacobi, & alia circa mare australe, devotissime invisit; paratus etiam ulterius proficisci ad terram sanctam, nisi Apostolicae sedis consilio, propter causas rationi consentaneas, retardatus fuisset.

Birgitta Sveda cum filia sua Catharina, quae in terram sanctam Christi amore abierunt, & sepulchrum Dominicum veneranda coluerunt. De tertia haec Tribemius in Chronico Hirsaugiensis Anno M. C. LVII. Claruit his temporibus in Hollandia Sophia Theodorici Hollandiae Comitum uxor, mulier sancta, & in Christi amore devotissima, orationibus, jejuniis, vigiliis, & elemosynis continuè intentata, quae miraculis, tam in vita, quam post mortem claruisse perhibetur. Cum haec sancta mulier lumina sancti Apostoli Jacobi in Gallia visitatura, in crudelis incidisset latronem, qui eam non solum spoliarè clenodis, verum etiam vita privare volebant, tanta eos virtute orationum suarum confringit, & ligavit, ut se movere de loco, vel manus in eam mittere nullatenus possent. Unde stupentes, veniam ab ea postulabant, quae accepta, subito fugientes abierunt. Tandem vero post multa opera pietatis, cum jam tertio ad visitandum sanctum Christi sepulchrum Hierosolymam esset profecta, sacris locis devotissime perlustratis, 6. Calend. Octob. feliciter in Domino quievit, & in hospitali Theutonico in Hierusalem sepulta est.

Catbalogus eorum, qui post occupatam denudè a Saracenis terram sanctam Hierosolymitanam iter religionis causa suscepervnt.

Anno Domini m. cc. xci. capta Ptolemaide, seu Accone, expulsi sunt Christiani pentius ex Syria a Saracenis: nec tamen ideo a peregrinatione in terram sanctam postatum est; est peregrinis longè durior jam, & difficilior peregrinatio acciderit, quam antea, cum Christi cultores aliquas saltem urbes, & arces in Syria obtinerent. Sed ardens in Kedemptonem nostrum quorū nulla non perumpit obtacta. Certè delectabile est ad hanc terram aspirare, inquit Bechardus de Monte Sion, qui, ut ex libello ejus apparet, vivebat & scribebat, quando Christiani adhuc Ptolemaidem, & alias quaedam maritimas civitates possidebant: delectabilis est eam visitare, sed super omnia mel, & favius dulcius est in ea commemorari; & oculis corporeis intueri, & mentis intuitu revolvere, quomodo in locis singulis in ea nostram salutem Dominus sit operatus.

Venerabantur Judaei quondam sancta Sanctorum, quia ibi esset Aera testamenti, Cherubin, Propitiatorium, urna aurea continentis manna, & virga Aaron. Nonne venerabilis est sepulchrum Jesu, quod quoties quis ingreditur, toties findone involutum mentis oculis Jesum, & paululum procumbens, lapidem videt revolutum, & Angelum in eo sedentem, & ostendentem sudarium? Quis ad hanc terram totis desideris non anhilet? Quis Christianus non relictis omnibus, quae habet, cum parentibus, coniecto gradu, posteriorum oibit, in anteriora se extendat, ut veniat Bethleem, videns ibi puerum Jesum in praesepio vagientem, Mariam in diversorio sub rupe concava patientem, Angelos praesentibus pastoribus Deo gloriam, & pacem hominibus decantantes, & quod plurimum est mirandum, quomodo isti tres Reges majestatem praeralam praesepi corruant, non habens teetum desuper, ut hodie cernitur, nisi rupem de monte pendentem? Veniat post haec

in Jerusalem, ut videat Jesum in Templo pradicantem, tur-
 bas docentem, in monte Oliveti sedentem, in monte Sion
 cequantem, discipulorum pedes lavantem, corpus suum
 ipisistradentem, in Gethsemani orantem, & sudore san-
 guineo fluentem, iudicem osculantem, captum, illu-
 tum, conspuratum, traditum, crucem bajulantem, sub pon-
 dere crucis in porta civitatis, ut hodie cernitur, deficientem,
 Cyrenum fuscudentem? horum omnium locorum, & singulorum
 aliter celebrata est memoria, sicut illa die exiit, quando
 principaliter erant facta: Certè in hac urbe tot sunt loca Domi-
 nicæ passionis, & factis honorabilia, quod nullo modo
 dies sufficit ad peragrandum.

Sunt præterea, quæ devotionem excitant ampliore. Quis
 enim enarrare sufficit, quot Monachi, & Moniales, exceptis
 aliis Christianis de Armenia, Chaldaea, India, Nubia, Syria,
 Æthiopia, turmatim veniant, centeni, ducenti, plus, & mi-
 nus, discurrentes per loca singula in spiritu vehementi, oscu-
 lantur terram, amplectuntur loca, in quibus dulcem Jesum,
 vel fœditæ, vel fœditæ, vel aliud quod egisse audiverunt. Nunc
 rudent pectus, nunc fletus, nunc gemitus emittentes, nunc
 spiritu consolationis, & devotionis, quam foris ostendunt, &
 absque dubio intus habent, in lacrymas provocant, plerum-
 que etiam Saracenos.

Quid dicam de Virgine gloriosa Maria? quæ, postquam fa-
 cta est ad eam angelica promissio, licet jam sciret uterum suum
 tabernaculum esse Dei, non est contenta campestribus Gal-
 ilæ, sed statim montana conscendit, volens sanctioribus
 appropriare.

Quid de Patriarchis Jacob, & Joseph, fratribusque ejus?
 qui, quia vivi in terra esse non potuerunt, elegerunt in ea
 mortui sepulturam.

Quid plura? tarditatem ingenio Christianorum no-
 stri temporis, qui tot exempla habentes, tardi fidei
 manibus inimicorum crevere terram, quam consecravit
 fingit suo Jesu Christi. *Hæc ille pius peregrinus,
 verè, ac piè.*

Qui pius adversus loca Christi, Apostolorumque adioni-
 bus consecrata affectus, plurimos ex toto Christiano orbe
 Hierosolymam pertraxit; Ex quibus aliquos duntaxat mihi
 notos nominabo; quorum Itineraria publicis litterarum mo-
 numentis consignata extant; quæ aptè docent, recentioris
 istos Christi amatores non alio animo loca sancta adiisse,
 oblitæ, & lustrasse, quam veteres illos Hierosolymam, Paulam,
 Eusebium, & alios extra numerum.

Anno 1336. Hierosolymam pietatis causa petiit vir nobilis
 V Vilhelmus de Baldensli; qui peregrinationem suam in fœmet
 latine conscripsit; quæ non ita pridem ex tenebris eruta in
 lucem prodit, lectu jucunda ac utilis præsertim cum explicet
 quoque iter per Ægyptum in Arabiam ad sepulchrum D. Cathari-
 næ in monte Sinai.

Aliquot annis post anno scilicet 1346. eandem peregrina-
 tionem suscepit Rudolphus de Francinberg, quæ nuper
 Tomo 6. Antiqua lectionis inferta est.

Anno Domini 1322. Peregrinationem Hierosolymitanam
 peregit, & in litteras etiam misit Joannes Montevillanus Ang-
 lus, quam ipsemet Gallicè, & Latine scripsit; postmodum in
 Germanicam linguam translata est.

Anno Domini 1476. Hierosolymam pietatis causa, profe-
 ritus est illustrissimus Princeps Albertus Dux Saxonie, Land-
 gravius Thuringie, & Marchio Misnie; in cuius comitatu
 fuerit Princeps V Vilhelmus, Dominus & Comes Henneber-
 gicus, Sigismundus Princeps Anhaltinus, & Comes Afca-
 nia; Ernestus Comes Mansfeldensis, Guntherus Comes
 Swartzenburgicus, & multi alii ex præcipua Saxonie, Thu-
 ringie, & Misnie nobilitate; quorum peregrinationem litteris
 consignavit Joannes à Mergenthal Quæstor, comes facti ite-
 nis, cuius lucubratio Lipsiæ demum in lucem prodit post
 centuriam annorum, & quod excutit, ad suscepti, & peracta
 peregrinatione; anno videlicet parca salutis 1586. Lipsiæ, &
 quidem editoris Lutherani opera, qui se nominat Hieronym-
 V Vclerum.

Ex eadem inclvta illustrissimorum Saxonie Principum fa-
 milia Hierosolymam peregrinatus est illustrissimus Princeps
 V Vilhelmus, Dux Saxonie, Landgravius Thuringie, & Mar-
 chio Misnie, &c. Anno Redemptionis 1461. insigni Comitum,
 Baronum, Nobilium, aliorumque comitatu; cuius iter fuc-
 cinctè Hæreticus quidam in lucem dedit; in quo nihil notabi-
 le, ob summam brevitatem, quam quod dum iter in Palaesti-
 nam, Methone reperit Duem Geldriae ex terra sancta redu-

cem: ut videas etiam Geldriam illustrissimos peregrinos ad
 Christi sepulchrum submississe. Obiit Dux V Vilhelmus E
 1482.

Hic adde Marchionem Misnie Dedonem, qui anno Chri-
 sti 1134. & Conradum, qui anno 1135. & Theodoricum, qui
 anno 1180. in Palaestinam religionis ergo profecti sunt; sed
 tempore expeditionum Cruciarum. Nos autem agimus de
 illis, qui post expeditiones istas terram sanctam invenerunt.

Eandem peregrinationem susceperunt, & peregrum Fris-
 dericus Dux Saxonie, Princeps Elector, & anno Salvatoris 1493.
 & Dux Henricus, filius Alberti, de quo jam multa diximus,
 anno Christi 1506. qui etiam ad S. Jacobum orationis gratia
 concessit.

Anno Domini 1495. Hierosolymam petierunt illustrissi-
 mus Princeps Alexander, Comes Palatinus ad Rhenum, Dux
 Bavariae, Comesque Veldentiae, &c. Et illustris Dominus
 Joannes Ludovicus Comes Nassovensis, cum non paucis aliis
 ex prima nobilitate Germanie; quorum peregrinatio typis
 descripta legitur, sed lingua Germanica, in magno volumi-
 ne, quo vana in terram sanctam Itineraria simul collecta, &
 publicata sunt.

Anno Domini 1496. Hierosolymam venit Bugislaus hoc
 nomine Decimus Dux Pomeraniae; cuius iter in prædicto
 volumine invenies.

Anno salutis 1483. peregrinati sunt in terram sanctam
 Joannes Comes Salmenfis, & Bernardus Bredembachius, qui
 iter hoc proprio commentario laudat, & quidem copiosè de-
 scripsit, extat quoque Germanicè.

Anno eodem tandem peregrinationem inierunt illustres vi-
 ri Joannes Verri à Zimmern, Henricus à Stoffel, Joannes
 Truchsessius à Vvaldurg Barones, & alii, quorum Comes
 Frater Felix Fabri, Ord. Prædicatorum, Lector Ulmenfis, qui
 piè simul, jucundè, ac festivè totum hoc iter litteris Latine, &
 Germanicè commendavit.

Anno 1449. Hierosolymam profectus est generosus Domi-
 nus Stephanus à Gumpenberg, cum aliis ex nobilitate Ger-
 manica Comitibus: cuius Hædæporicum in Volumen pere-
 grinationum illarum legit, si voles.

In eodem opere extat peregrinatio Joannis Tucher, ci-
 vis Norimbergensis, anno 1497. cepta, & anno 1480. ter-
 minata.

Antiquior hæc est peregrinatio Rudolphi Patochi Suchen-
 fis in Vvephalia, quæ cum cæteris Germanicè prodit, in-
 scripta anno 1336.

Nec præteriri debet iter Martini à Baumgarten in Brai-
 tenbach Equitis Anno Domini 1507. in Palaestinam, &
 in montem Sinai susceptum, cuius gratia, felix & com-
 mendabilis, nobilis ille vir censerit poterat, nisi postea
 in faustissimo casu, jam grandævus, in perniciosam Lu-
 theri hæresin incurrisset; eaque miseram animam exha-
 lascet: nisi etiam, post plurimos ab obitu suo annos,
 peregrinationis suæ ex Germanica lingua in Latinam in-
 terpretem editoremque nactus fuisset Prædicantem quem-
 dam Ratisbonensem.

Plures peregrinationes, quarum Itineraria in publicum pro-
 dierunt, commemorat *Adriobomius in descript. urbis Hiero-
 solymitanæ*; ex quarum numero est illa Gerardi Kuynerorff
 & locorum, anno 1520. Alia Joan. Heuteri Prætoris Delphen-
 sis, anno 1521. Alia Bartholomæi à Salignaco, anno 1522. Alia
 Joannis Pasche Carmelitæ Mecliniensis, Anno 1527. Alia
 Bonaventuræ de Mica Lovaniensis, Ord. Minorum anno, H
 1538. & 1539. Alia Gerardi Joannis Lugduni Batavorum
 Monasterii Abcon Cœnobiarcho, & illustris viri Mel-
 chioris Luffii, Prætoris Underwaldii apud Helvetios, anno
 1583. Et alia eodem anno, illustrissimi Principis ac Domini
 Nicolai Christophori Radzivilli, Ducis Olycæ, & Nietviesii
 sacri Rom. Imp. Principis, quæ Polonicè ab Auctore ipso pri-
 mum conscripta, postea in Latinum, & Germanicum sermo-
 nem conversa est. Has peregrinationes publicis litterarum mo-
 numentis notatas hoc loco perferere volui; ut liqueat pîetatem
 peregrinandi hoc loco perferere volui; ut liqueat pîetatem
 quod non plures peregrinationes commemorari possint; sed
 quia vel ignote sunt, vel non missa in libros: quis enim nescit
 singulis adhuc annis ex Europa Hierosolymam non paucos
 contendere, ut facta loca visitent, osculentur, & adorent; ex
 quibus tamen vix centesimus quique Itinerario conscripto, iti-
 neris

neris sui rationem reddat, & multi omnium reddunt, non id fa-
 ciunt Christianè ac Religiosè, sed Politicè, ne dicam Ethnicè.

Præteriri hic non debet peregrinatio in terram sanctam. B.
 Ignatii Loyola, quam ipse lethali ex morbo nonnihil recreatus
 vocit, & postea, sanitate recuperata, anno Dom. 1523. pere-
 git, 4. die Septembris sub meridiam in sanctam civitatem in-
 gressus: quo, cum primum venit, inquit *Ribadeneira*, admi-
 rabilem in ipso sanctæ civitatis aspectu consolationem percipit,
 quam constantem, quandiu in ea urbe fuerit, perpetuamque sem-
 per habuit. Deliberatum erat Ignatio Hierosolymis manere,
 & sacris locis, qui ex impressis Christi Dñi nostri vestigiis, mi-
 ram redolent pîetatem, religiosè colendis, visendisque reli-
 quum vite traducere, proximoque salutis pro sua virili
 deservire. Cujus proposito alteram de mansionem partem (nam
 alteram de salute animarum curanda, nulli hominum aperie-
 bat) D. Francisci Hierosolymitani cœnobii Præfecto indica-
 vit, & in eam tunc commendatarius, literas, quas adiebat, red-
 didit: ac, ne ipsi inopia foret laborantibus, oneri esset, nihil
 se aliud velle dixit, quam, ut suorum peccatorum confessio-
 nem audiret. Sed revertendum fuit in Europam, Patribus
 Ordinis Minorum id ita videntibus, magisquè ère Christianæ
 B rei fore affirmantibus. Ergo cum de reditu cogitaret, verba
 Ribadeneira memoro, magno revivendi montem Oliveti desi-
 derio incensus (in cuius lapide quodam Christi Salvatoris nisi
 ascensus in celum, pedum vestigia cernuntur impressa)
 clanculum se à sociis subduxit, solusque nullo Duce, nul-
 lo Comite, nullo Turca custode (quæ res periculosissima est)
 in montem advolvit. Et, cum ei aliud nihil supereret,
 gladiolum scripturium, ut admitteret, custodi pro mercede de-
 dit: atque eximia læticia perflatus, in Bethphage properavit sed
 statim in Oliveti monte recurrit, ut qua in parte pedis dextri
 vestigium, qua sinistra esset, diligentiùs animadverteret, for-
 ficelque ex theca detraxit, ut rursus admitteretur, custodi
 dedit. Sed redeuntem, gaudioque maximo exultantem Chris-
 tianus quidam, à Franciscanis ad eum perquirendum missus
 Ignatium quædam, multa mitans, ac truci vultu frendens, quo
 se in tantum discrimen obiectum, brachioque apprehenso, ad
 cœnobium pertraxit. Ipse vero facile seduci passus est,
 magnaque in eo timere, atque singulari à Domino consolati-
 onem accepit, cum ita correptus brachio, & impulsus,
 Christum semper supra se attantem, atque incidentem, & in
 cœnobium usque sibi veluti præsentem aspiceret.

Nec tamen animi Hierosolymam redeundi, in illis locis
 salutem proximorum procurandi abiecit, quin potius in
 hanc curam quam maxime incubuit, ut adiens sibi sociis eò
 revertetur, quos cum Deus pro sua benignitate in Academia
 C Parisiensii Ignatio concessisset, voce sese obstrinxerunt, rebus
 occupanda proximum salutis, Hierosolymam navigandi:
 idque præstituto tempore, atque ea conditione, ut si intra præ-
 scriptum anni tempus, eò navigare, aut in sacris locis postea
 vivere non liceret, Romam revertentur, Romano, summoque
 Pontifici sese ad pedes abiecerunt, ut ad suum arbitrium,
 ipsi in lucem animarum uteretur: quod postea factum est,
 oblata Pontifici ab Ignatio, sociisque opera.

De peregrinationibus ad montem Sinai, & ad quercum
 Mambre.

Primò omnium occurrit mons Sinai, multis prodigiis in
 egressu filiorum Israël ex Ægypto insignitus, ad quem & olim
 fuit, & hæc etiam atate est frequens peregrinorum concursus,
 D loca illa lustrare, & venerari desiderantium, quam peregrina-
 tionem suscepit tempore S. Gregorii Magni Ruflicia, seu Ru-
 ficiana Pater, ut apparet ex *epistola quadam S. Gregorii ad
 hanc Patriciam scripta*: Excellentia vestra scripta suscipiens,
 libenter agnovi, qualiter ad montem Sinai perrexerit. Sed,
 mihi credite, ego voluissem vobiscum quoque ire, sed vobiscum
 ex locis sanctis tam celeriter revertisset. Quam insuper voto
 loca sancta visitandi obstrictam, indices tamen voti executionem
 differrentem propriis prius litteris monuerat, ne debitum
 stitissimum Pontifex, cur deliberatæ viae eundi ad loca sancta in-
 tentio nem, & votum boni operis desessisset, dum si quando
 bonum aliquo dono conditoris in corde concipitur, celeri
 animum irretire nititur, subinde impedienda suggerat, qui-
 bus ad effectum minime desideria sua mens occupationibus
 debilitata perducatur.

Inter loca, quæ Postumianus apud Sulpicium se adiecit re-
 fert, ponit etiam montem Sinai. Jugum Sina montis ascendit,

cujus summum cacumen cælo penè contiguum adiri non
 potest.

Ad eundem montem profecti sunt duo Patres ex Monaste-
 rio Samsonis, ab Hierosolymis ferè viginti millia passuum dis-
 sito, ut refertur in *Prato Spirituali*. Eundem montem eodem
 sine sæpius adire solebat Joannes Anachoreta, de quo *Sophran-
 us in Prato suo* hujusmodi historiam memoria prodidit. In
 spelunca morabat senex in partibus cujusdam villæ, quæ di-
 citur Sochus, viginti ferè milliariis ab Hierusalem. Habebat
 autem senex in spelunca imaginem immaculatæ Domine nos-
 træ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ, in ulnis se-
 centem Christum Dominum, & Salvatorem nostrum. Quo-
 ties igitur abire volebat ad locum aliquem, vel per vastam so-
 litudinem, sive Hierosolymam, ad adorandam sanctam cruce-
 m, & venerabilia loca, vel in Sinai montem orationis gra-
 tia, sive ad Martyres distantes ab Hierosolymis, multis, proli-
 quisque intervallis; (Erat enim senex Martyrum reverentia
 mirabiliter deditus, nunc quidem pergebat Ephesum ad S.
 Joannem, nunc autem Euchaitam ad S. Theodorum, nunc
 verò ad S. Theclam in Seleuciam Isauria, nunc ad S. Sergium
 in Saraphas, & modò ad istum, modò ad illum Sanctum) refre-
 scibat candellam, & accendebat, ut sibi consuetudo erat, at-
 que ad orationem flans, & Deo, ut suum iter dirigeret, sup-
 plicans, dicebat ad Dominum, intendens in imaginem ipsius:
 sancta Domina nostra Dei Genitrix, quia longum iter iturus
 sum, diebus multis perficiendum, candellæ tue vitæ curam ha-
 be, cæmque, ne extingatur, iuxta propositum meum serva,
 ego enim adjutorio tuo comitante, iter arripio. Hisque ad
 imaginem dictis, gradiebatur, peracto proposito itinere, reverte-
 rebatur, aliquando post mentem, sæpe etiam post duos, vel
 tres menses. Nonnunquam post quinque, vel sex, & ita repe-
 tiebat integram candellam, & ardentem, sicut eam, (cum iter
 arripere) dimiserat: & nunquam hæc a se ipsa extingui vi-
 dit, neque de somno surgens, neque à peregrinatione rediens,
 neque ex eremo in speluncam pergens.

Valde frequens erat Anachoretis, & eremi incolis pietatis,
 & precationis causa montem Sinai petere, quam peregrinatio-
 nem suscepit quoque quidam senex, PERRUS nomine, genere
 Ponticus: De hoc senè Theodorus, qui fuit Episcopus Rosen-
 sis, dicebat nobis, quod die quadam convenit illum ad Jorda-
 nem in monasterio Turrium. Illic enim ipse morabatur, eique
 dixit. Fac charitatem, frater Theodore, veni mecum in mon-
 tem Sina, quia illuc proficisci, votum habeo. Qui cum nullo
 Jorden non obedire, dixit ad eum. Eamus. Cum verò transisset
 montem, dixit ad Theodorum senior: Veni, frater Theodore,
 oremus, ut usque ad montem Sina nullus nostrum com-
 edat. Ad quem ille: Verè pater, ego hoc facere non possum.
 Prostravit autem se senex, & oravit, & usque ad Sina nihil
 comedit. Sumptis igitur illis sanctis mysteriis, tunc & cibum
 sumpsit. Similiter & à Sina usque Alexandriam ad S. Mennam
 pervenerunt, nihil omnino comedente senè. Ibi que denuò cõ-
 municans, post communionem cibum sumpsit. Et à S. Menna
 usque in S. civitatem venerunt, cum nihil omnino gustasset
 senior in via. Cum verò in sancta Christi Dei nostri Resurre-
 ctione percipisset veneranda mysteria, tunc demum accepit
 & cibum. In hoc ergo toto, tali, tantoque itinere, nisi tertio,
 non comedit senex: semel in Sina monte, semel in Alexan-
 dria, & semel in sancta civitate.

De Simeone Prisco hæc *Theodoretus in Religiosa Hist.* Amas
 quicquid ad montem Sinæum voluit pervenire. Cum autem id
 fecissent multi viri optimi, & qui candè persequebantur Phi-
 losophiam, simul accurrerunt, cupientes esse loci eius peregrina-
 tionis. Cum autem iter multorum dierum cõfecissent, postquam
 in Sodomiticam venerunt solitudinem, vident omnium
 viri manus, quæ ex profundo in altum expandebantur. Et pri-
 mum quidem existimabant esse fraudè Demonis. Cum autem
 majore animi studio precati essent, & eadem vident, profecti
 sunt ad illum locum: & vident quidem parvam fossam, qualem
 solent vulpes facere, cum, quæ subeat lustra, machinantur:
 nullum autem illi videbant illic apparere. Nam, cum sensisset
 pedum strepitus, qui manus habebat extensas, se intra cavernam
 occultaverat. Diu autem moratus senex, valdè rogavit, ut
 se illi ostenderet, si humanam haberet naturam, & non sit im-
 postor aliquis demon, qui se in has formas verteret: Etenim nos
 necesse est devotione compleri, ne dum callidus infidiator
 quoque, inquit, persequentes vitam monasticæ exercitationis,
 & quietem amantes, erramus per hanc solitudinem, in monte
 Sinai cupientes adorare Deum universonum: in quo, cum
 Moyli servo suo apparuisset, dedit legum tabulas: non, quod
 existimemus Deum esse loco circumscriptum; audimus enim
 eum dicentem; Cælum, & terram ego impleo, inquit Domi-
 nus

nus: & quod contineat terræ ambitum, & eos, qui in ea habitant, tanquam locustas: sed quoniam ii, qui ardentem amant, non solum eos, qui amantur, desiderant; sed etiam illis loca grata sunt, & jucunda, in quibus ii fuere presentes, & in quibus versati sunt. Hęc, & similia cum diceret senex, ex caverna se ostendit homo, qui in ea delitebat. Erat autem aspectu quidem agrestis, coma squallida, facie corrugata, exsiccatus, & planè ex sanguibus omnibus membris corporis. Erat autem fordidis quibusdam pannis indutus, ex confutis palmarum germinibus. Cum autem salutasset, & pacis verbum dedisset, rogavit, quinam essent, & unde venissent, & quò abirent. Ille autem & ad rogatum respondit, & vicissim rogavit, undenam venisset, & cur hanc vitam delegisset. Idem, inquit, me quoque ceperat desiderium eo cundi, quò vos nunc itis. Hujus autem vitæ socium assumpseram quendam meum familiarem, & qui erat ejusdem animi, & sententiæ, & cui erat idem, qui mihi, scopus, & institutum. Aegeramus autem nos invicem jurjurando, ne morte quidem nostra sejungere consuetudinem. Accidit ergo, ut is quidem in peregrinatione vitæ finem hic acciperet. Ego autem jurjurando adstrictus & fossam feci, ut

B potui, & corpus tradidi sepultura: propter hoc verò monumentum effosso mihi altero sepulchro, vitæ finem hic expecto, & Domino consecutum officio officium. Vescor autem dactylis, quos ad me afferre ab eo, qui curam gerit, justus est quidam frater. Hęc cum hic dicerentur, leo procul apparuit. Cum autem ii, qui erant cum sene, animi angore, & metu cecidissent, sentiens is, qui jacebat in caverna, surrexit, & leoni annuit, ut transfret ad aliam partem. Is autem statim paruit, & venit, botrum affersens dactylorum. Deinde rursus abiit, cum sibi fuisset permittum, & procul à viris decumbens obdormiit. Cum ergo dactylis divisisset omnibus, & eorum precibus, & psalmodiæ communicasset, & post finem matutini officii salutasset, eos dimisit novitate spectaculi stupefactos.

Si quis autem non habet fidem iis, quæ dicta sunt, recordetur vitæ insignis Eliæ, & corvorum ministerii; qui manè quidem panem, vespere autem ei carnem perpetuo afferbant. Universorum enim effectori est facile, ut suis providetur, omnem viam invenire. Sic Jonam in ventre ceti trium dierum, & noctium spatio conservavit: & effectit, ut leones in Ciacu Daniele obduperent, & ut ignis inaniter operaretur tanquam ratione obduperent: & eos quidem, qui erant intus, illuminaret; eos autem, qui erant foris, uret. Sed enim rem facio supervacaneam; qui ad probandam Dei potentiam argumenta afferro.

Postquam ergò pervenit in montem, quem desiderabat, ajunt, senem illum admirabilem, in illo loco, in quo Moyses dignus est habitus, qui Decem videret (vidit autem, ut videri potuit ab humana natura) genua flexisset, non prius surrexisse, quam vocem divinam audiverit, quæ illi significabat Domini benevolentiam. Quoniam autem tota vertente hebdomada, ita perpetuo fuerat inclinatus, & ne minimum quidem cibi sumptur; justit vox, quæ ad eum facta est, ut ea fumeret, quæ erant apposita, & prompto, & alacri animo comederet. Cum autem manum extendisset, & tria mala invenisset, & ea comeditisset, ut jussisset, qui dederat; & ei plenè restitute sunt vires; & alacri, ut par erat, animo, eos, qui cum eo versabantur, salutavit. Lætus ergo, & hilaris reversus est, ut qui & vocem divinam exaudierat, & rursus comederat cibum, à Deo datum.

D In hoc monte extruxit insigne templum Justinianus Imperator, de quo ista Procopius: In regione, quæ olim Arabia, nunc Palaestina tertia vocatur, locus quidam desertus in longum protenditur, non fructuum, non aquarum, nec ullius boni ferax, montem habens præcipitem, & vehementer asperum, suspensum procumbentemque in mare, quod rubrum dicunt, Sina nomine, &c. Montem Sina Monachi colunt, quorum vita, sedula quadam meditatio mortis est, solitudine sibi gratissima liberius perfruuntur, hiscè Monachis, postquam nihil habuit Justinianus rex, quod optarent (nempe humana omnia contententes, nihil possidere, non curare corpora, nulla re oblectari studebant) templum extruxit, exstructumque Dei genitrici consecravit, ut hic jam liceat ipsis preces effundere, obire sacra, & vitam degere. Templum istud non in montis ambitu edificavit, sed inferne ad radicem. Nam in vertice homo pernoctare non potest, propter affluos strepitus, & fragores, aliaque terribilissima quadam diviniora, quæ nocturnis horis illic exaudiuntur, humanam mentem, & sensum percellentia. Hic quondam Moysen ajunt acceptam à Deo legem, ad montis vestibulum protulisse. Firmissimum præsidium rex hic constituit, & militum custodiam famigeratissimam, ut hinc

tanquam sterili, & deserta, ut dictum est, regione, non possent barbari Saraceni irrumperere in Palaestina loca.

Hęc Procopius de monte Sinai, quem Parium, & avorum memoria, & hoc etiam tempore adierunt, & ad eum non pauci ex occidente etiam, quod mireris, Hæretici: licet alio fine quam Catholicis, Curiositate enim, & cultu quædam spectant illi: at isti pietatem, & devotionem, & antiquitatem Dei, & Sanctorum, qui in illo monte claruerunt, præsertim S. Catharina; Et si autem peregrinatio hac communiter nomen ducit à monte Sinai; tamen non hunc tantum peregrini religiose conficiunt, & loca sacra in eo lustrant; sed illum, & alterum, cui nomen Oreb; & radicibus cum monte Sinai junctum; sed culmine diversum. Mons Oreb & mons Sinai, inquit Bernardus de Breidenbach, testis oculatus, suis cacuminibus per grande distinguntur intervallum; sed radicibus conjunguntur; at in eorum medio Monasterium quadrangula Sanctorum est collocatum. In montem Oreb orientem occurrit primo facellum D. Virginis, deinde Helisai Propheta, postea Helia, in ipso vertice est parva quadam, & pulchra capella, inquit Breidenbachius, ferreo ostio firmiter clausa, itaque in eo loco, ubi sanctus Propheta Moyses Decalogum à Deo accepit, &c. Hanc capellam discalceatis, nudisque pedibus pro reverentia loci intravimus, nosque, ut jussit eam, devotus prostravimus in terram: & locum illum, in quo Moyses legem de manu accepit, & duobus signatur lapidibus, reverenter deosculabamur. De monte Sinai plura infra, cum de peregrinatione ad S. Catharinam differemus.

Celebris quoque peregrinatio, & frequentissimus concursus non modo Christianorum; sed & Judæorum, & Ethnicorum fuit ad quercum Mambre. Est idem locus, quem nunc Terebinthum appellant, inquit Sozomenus, abelique ab Hebron, quæ est ad meridiem finitima, stadia quindecim: ab Hierosolymis autem, circiter ducenta, & quinquaginta. Quo in loco verò Dei sermo memorat, filium Dei unà cum duobus Angelis ad Sodomorum eversionem missis, Abrahamo visum esse, prædixisque illi, filium natum fore. Ibi tum indigenæ, tum Palaestini, qui longius absum, tum Phœnicæ, & Arabes, quoniamns æstate splendendum conventum ad hoc usque tempus maxima frequentia celebrant. Eoque comitant, ad merces, tum vendendas, tum emendas, mercatores quod plurimi. Nam ab omnibus festum in eo loco, maximo studio agitur, à Judæis quidem, quod de Patriarcha Abrahamo gloriatur: à Gentilibus autem, quod Angeli illic apparebant Abrahamo: à Christianis denique, quod pio viro idem ille olim ibidem visus esset, qui posteros temporibus propter factum humani generis natus ex Virgine se mundo palam ostendit. Omnes igitur hunc locum, prout singulorum poscit religio, colunt, quippe pars in eo preces Deo omnium moderatori fundunt: pars ibi Angelos invocant, libant vinum, thus denique, aut bovem, aut hircum, aut ovem, aut gallum sacrificant. Singuli enim, quod sibi carum, & pulchrum ducunt, cum toto anni tempore sedulo nutritiverint, illud ex voto tum pro se, tum pro suis nuncupato, ad festi illius celebrationem reservant. Omnes autem locum augustè venerant, quò calamitates, quæ ira Dei inferri solent, effugiant, neque rem habent illic cum uxoriis, ut pote quæ in festo illo pulchritudinis, & majoris ornatus, si forte spectari, aut aliquò exte-rius contigerit, curam gerere consueverint, neque ulli interperantia generi se dedunt: idque, cum omnes tabernacula habeant pariter locata, & somnum, & quietem promiscuè capiunt.

Rectè quidem, ac piè Christiani. Impiè autem Ethnici, quibus Constantinianus Magnus frenum imposuit, qui ubi ex matre Helena, quæ voti causa eo concelleret, intellexit, quid Ethnicis ad quercum Mambre æstare soleret, Episcopos Palaestina non mediocriter incusavit, ut Sozomenus scribit, cum quòd neglexerat officium, tum quòd locum verè sanctum libamentis, & victimis impuris inquinari permiserant. Quam piè autem eos increpavit, declarant litteræ, ab eo ad Macarium Episcopum Hierosolymorum, & Eusebium, cognomento Pamphilum, & alios Palaestina Episcopos de hac re conscriptæ. Pàmphi etiam imperat Episcopos Phœnicæ, ut coveniant in unum, atque ara, quæ ibi antè iterat, funditis excisa, & statuis in ignem conjectis, ecclesiam dignam loci tum antiquitate, tum amplitudine exadificiantque postquam provident, ut locus à libamentis, ac victimis vacuus, & purus servetur, quò nihil aliud in eo, quam Dei cultus secundum Ecclesiæ normam peragatur. Quod si quispiam veterem ritum ibi renovare aggesserit, ut

Episcopi, ipsi indierent, uti gravissimo cum coerecat sup-
A plicio. Præsidet igitur Ecclesiæ, & Christi sacerdotes his Imperatoris litteris de officio admoniti, mandata ejus in re ipsa conficiunt.

Non est autem, quòd mireris, ipsos etiam infideles ad hunc locum tot mysteriorum caelestium consocium, confluisse: cum ad montem Oreb, & Sinai hoc idem avo Mahometani turmatim accurrant. In cacumine montis Oreb est spelunca, quæ ingressi sumus inquit Breidenbachius, in qua Moyses jejunavit XL diebus, & XL noctibus, ut legem Domini accipere mereretur. Supra illam verò jam dictam speluncam est quadam Muschkeæ, ad quam quotidie conflunt peregrini Arabes, & Saraceni, ob honorem Moysi, quem valde venerantur, asseruntque, magnum fuisse Prophetam. Testatur Brocardus, in pede Aquilonaris montis Leopardorum non procul Tripoli in Syria esse speluncam, in qua, ut inquit, monumentum cernitur XXV. pedum longitudine, & frequentaturque devotè à Saracenis, qui putant illic Josue sepulchrum. Et ex variis Hæreticis constat, Saracenos majorem pietatis affectum erga loca sacra ostendere, quam hujus temporis Sæctarios, qui Evangelico splendore propemodum excocti, & vis amplius Deum, & Christum colunt, tantum abest, ut locis sacris debitam reverentiam exhibeant.

De Peregrinationibus ad imagines, Reliquias, & sanguinem Christi.

Ad imaginem Christi, quam Syrophenissa à sanguinis profusio, Christi beneficio liberata, Paneade exererat, plurimos pietatis, ac venerationis causa concurrisse, testatur Nicephorus; Locum namque illum libenter frequentantes, & imaginem ipsius archetypum, primariumque exemplar declarantur.

Neque iniretibus peregrinatio erat ad Crucem Sirichanam, de qua Zonaras; & ad Crucem Bromholmensem in Anglia, de qua ista Matthæus Paris in sua Histor. Eodem anno, nempe 1223, apud Bromholm crebuerunt divina miracula, ad gloriam, & honorem salutariter crucis, in qua Salvator mundi pati dignatus est, pro redemptione generis humani. Et quoniam tantum thesauro Britannia in Oceano constituta divina largitate merito beatificari, dignum est, immò dignissimum, memoris posterorum imprimere, quò ordine tam remotis partibus in Britanniam fit delata. Verum Comes Flandrensis Baldevinus, ex Comitè Constantinopolitanus Imperator effectus, ubi per multorum curricula annorù strenuè vixit, contigit illum à perfidis regibus, quodam tempore graviter instigari, contra quos cum impetu, & absque deliberatione progrediens, lignum Dominicum, cum aliquibus reliquis (quæ semper ante illum à Patriarcha, & Episcopis deferri consueverant, quotiescumque adversum inimicos Crucis prælium commissurus periret) hæc vice portare neglexit, quod eadem die experimento miserum recognovit. Nam dum temerè cum exercitu modico, non habito respectu ad multitudinem Barbarorum, qui in decuplo exercitui suo superabundabant, in hostes prorupit, in momento, tam ipse Imperator, quam totus ejus exercitus ab inimicis crucifixi circumvallati, omnes aut interfecti sunt, aut in captivitate abducti. Pauci quoque ex omnibus, qui per fugam clapsi sunt, de Imperatore quid actum sit, vel quò devenit, penitus ignorabant. Erat autem ea tempestate Capellanus quidam natione Anglicus, in Capella Imp. cum suis clericis divina celebravit mysteria, qui unus fuit ex custodiis reliquiarum, & annulorum, aliarumque rerum dicti Imperatoris. Hic itaque cum de Casum cognovisset de morte, ut omnes prædicabant, domini sui Imp. ab urbe Constantinopolitana cum dictis reliquiis, & annulis, & rebus aliis multis, cum lapidibus pretiosis latenterecedens, ad Angliam usque pervenit, veniensque ad S. Albanum, cuidam ibidem monacho quodam crucem argenteam, & deauratam, cum duobus digitis de S. Margareta, & annulo aureis, lapidibusque pretiosis vendidit: quæ omnia nunc in monasterio S. Albani magna veneratione habentur. Deinde dictus Capellanus de mantica sua quadam crucem ligneam extraxens, ostendit eam quibusdam monachis, de qua etiam affirmavit cum juramento, quòd indubitanter erat ex ligno illo, in quo Salvator mundi pro redemptione generis humani pendit. Sed quia non credebatur dictis ejus ibidem, recessit inde, thesaurum imprecabilem, licet ignotum, secum gerens. Habuit autem dictus Capellanus duos filios parvulos, de quorum sustentatione, & cura miser erat sollicitus: quæ curiositate ductus, in pluribus monasteriis tali conditione prædicatam obtulit crucem, ut ipse, & filii ejus reciperentur ad ordinem monachatus. Qui, cum multis in locis inter divites repulsam passus fuisset, venit tan-

dem ad cellam quandam, quæ Bromholm nuncupatur pauperissimam, & ædificiis commodis destitutam, in territorio Norfolcensi sitam, & accessit ad se Priore cum quibusdam de fratribus, ostendit crucem prædicatam, quæ duplici ligno ex transverso fuerat fabricata, habens ferè longitudinem manus humanæ, & rogavit humiliter, quatenus cum ipsa cruce, & aliis reliquiis, quas habebat, ipsum, & filios suos reciperent ad ordinem monachorum. Prior verò, & fratres ejus, de tanto exhilarati thesauro, illico, procurante Domino, qui honestam semper amplectitur paupertatem, dictis Capellani habuerunt fidem, & lignum Dominicum reverenter accipientes, detulerunt illud in Oratorium suum, & eum quanta potuerunt devotione, in loco honestissimo servarunt. Hoc denique anno, ut prædictum est, ceperunt divina celebrari miracula, ad laudem, & gloriam vivificæ crucis, in monasterio prædicto, ubi mortuus vita, cæcis visus, claudis gressus restituitur, leprosis caro munda donatur, obfessi à demonibus liberantur, & quicumque infirmis cum fide ad lignum prædicatum accesserit, incolumis, & sanus recedit. Frequentatur autem, adoratur, & colitur Crux præfata, non solum gente Anglicana, verum etiam ab hominibus de regionibus longè postis, & qui de illa, divina audierunt miracula, devotissime venerantur. Hęc Matthæus Paris.

Frequentatur etiam itum est ad loca Reliquiis Christi insignita; ut Aquisgranum, de quo Centuriatores referunt ex Ephoridensi: Carolum Magnum publicè significasse, ut omnes corde contrito, confessi peccata sua, Aquisgranum Idibus Junii conveniant, spectatum (immò & honoratum) reliquiis Sanctorum de Hierosolyma, & Constantinopoli allatis; & Synodum postea statuisse, ut quotannis feria quarta juniorum quatuor temporum in mense Junio, reliquia illæ monstrarentur.

Pari pietatis affectu concurrerunt Christiani ad sanguinem Christi, quo nomine comprehenditur ille, qui ex corpore Salvatoris tempore passionis, verè affluens ad fideliū solamen in terris relictus est: Item ille, qui ex Christi imaginibus, aut ex consecratis hostiis manavit, si quando ab impiis contumelia affectus sunt. De priore in Angliam allato hæc Matthæus Westmonasteriensis in Floribus anno Domini 1247. Circa illos dies sanguis Christi, qui intra sancta habebatur thesauris pretiosissimus, datus, & missus est Domino regi Anglorum pro quadam fratre hospitalis: qui cum eodem thesauro litteras Gædetulit testimoniales, de ipsius thesauri certitudine, omni acceptione dignissima, à Domino Patriarcha Hierosolymitano, & à magistris militiae Templi, & Hospitalis, qui omnes unanimi voluntate, & prompta devotione domino regi ipsum thesaurum donantes contulerunt, & præsentarunt: & ipse speciali domui suæ Ecclesiæ S. Petri Westmonasterii, die scilicet translationis S. Eduvardi, ipsum dedit ex sua sibi innata regia magnificentia, ac liberalitate. Impetravit quoque ab Episcopis, qui tunc præsentis extiterant, eadem die, indulgentiam sex annorum, & centum ac 16. dierum omnibus sanctas reliquias venerantibus, & præsentiam aduentibus. Eadem scribit Matthæus Paris.

Hunc sanguinem frequenti Anglorum accursu semper celebratum fuisse testantur Anglicani scriptores; de quo prius etiam in Flandriam aliquid allatum est à Theodorico Comite, cujus Epitaphium hoc apud Mejerum legitur. Hic jacet sepultus Dominus Theodoricus de Elstia, Comes Flandriæ, qui quatuor vicibus terram sanctam visitavit, & inderegre diens sanguinem Domini nostri Jesu Christi secum detulit, & villæ Brugensi tradidit: & postquam Flandriam annis XL. strenuè rexerat, apud Gravelingos obiit anno Domini mille-
H fimo, centesimo, sexagesimo octavo. Hæc in templo Vlaten-
nensi, ubi Theodoricus sepultus est.

Similis sanguis asseritur, & religiosissime à peregrinis eo confluentibus honoratur, & adoratur in celeberrimo Vvringantensi Ordinis D. Benedicti Monasterio.

De sanguine Christi posterioris generis sic scribit Monasteriensis Anno gratiæ 923. sanguis Dni venit in Angliam, cum secundo in imagine sua à Judæis patereat priora. Loquitur mirum de sanguine, qui fluxit ex imagine Christi Beryi in Syria, de quo miraculo extat opusculum inter opera S. Anathasii, in ejus prope extremo hæc legitur: Venerabilis verò, & summus Antistes, die, noctuque variis fluctuabat cogitationibus de hydra, quæ Dominicum intra se retinebat cruorem, valde hæsitans, quid de ea opportuno fuisset peragere. Tandem autem salubri reperto consilio omnium Ecclesiarum, quæ per orbem terrarum longè, lateque consistebant, inæstimabile, atque profuturum providit consolationis remedium. Denique ampullas

aula januam, sibi gratum habere deputari, & infidelibus ex A his offendentes, quod in resurrectione major erit piscatoribus dignitas. Si hic enim ita infidelibus, multo magis, & in resurrectione ordo commutatus est. Reges quidem ministrorum; subditi vero regum vicem induerunt, quinimmo & splendidiorem.

Et quod hoc non assentatio sit, ipsa veritas offendit: ex illis enim & hi illustres facti sunt. Multo namque ceteris regalibus sepulchris hac monumenta sunt clariora. Nam illic quidem magna solitudo: hic autem magnus concursus. Quod si velis, & regalibus aulis monumenta comparare, rursus, & hic victoria. Nam illic quidem multi deterrentes; hic vero multi vocantes, & attrahentes, divites, pauperes, viros, mulieres; fetuos, liberos. Illic magnus timor, hic inexplicabilis voluptas. Sed dulce spectaculum est, regem, & principes, duces, & coronatum spectare, & adstantes duces, & principes, duces, tribunos, & militum magistros; verum hac tanto sunt illis honoratiora, & magis reverenda, ut illa fabula sint, & ludicra. Simulacrum enim pavimenta calcaveris; ad eorum mentem locum transmissit, & ad supernum regem, & illum Angelorum B exercitum, & sublimem thronum, & inaccessibilem gloriam.

Et hic quidem regnans alicui subiecto precipit, ut hinc quidem solvat, illum vero liget: sanctorum autem ossa non hanc habent miserabilem, & abjectam potestatem, sed illa multo maiorem. Deceat enim hinc, & torquent, & vincunt ab illis solvantur, & sublimem thronum, & inaccessibilem gloriam. Et hic quidem regnans alicui subiecto precipit, ut hinc quidem solvat, illum vero liget: sanctorum autem ossa non hanc habent miserabilem, & abjectam potestatem, sed illa multo maiorem. Deceat enim hinc, & torquent, & vincunt ab illis solvantur, & sublimem thronum, & inaccessibilem gloriam.

Idem S. Pater ardentissimam suam cupiditatem vivendi, & coram colendi sepulchrum S. Pauli, his verbis universis orbi patefecit. Qui mihi nunc dabit circumfundi corpori Pauli, affigi sepulchro, videre pulverem corporis illius, quo adhuc in Christo decerant adimplentis, stigmata illius gestantis, praedicationem Evangelii ubique seminantis; pulverem, inquam, oris illius, per quod Christus locutus est, per quod lux emicuit, quovis fulgore clarior, & vox exiit demonibus quovis tonitruo terribilior, &c. Oris huius pulverem videre vellem, per quod Christus magna, & ineffabilia locutus est, & maiora etiam, quam per seipsum, (quemadmodum enim maiora per discipulos suos operatus est, ita & maiora locutus est) per quod admiranda illa oracula orbi protulit Spiritus sanctus, &c. Non solum autem oris, sed & cordis illius pulverem videre vellem: quod, si quis totius orbis cor dixerit, innumerorumque bonorum fontem, & principium, elementum primum nostrae salutis, certe non erravit. Hinc enim spiritus vitae in omnia suppeditatus est, membrisque Christi datus, non per arterias emissus, sed per bonorum voluntatem, ac propositum. Cor istud adeo fuit latum, ut in se suscepit, & D integris urbem, & populos, & gentes, &c. Videre rursus vellem manuum illius, quae in vinculis fuerunt, per quarum impositionem Spiritus sanctus suppeditabatur, per quas haec litterae scriptae sunt. Ecce, inquit, qualibus litteris scripserim vobis mea manu. Et iterum: salutatio mea, manu Pauli, &c. Pulverem videre vellem oculorum bene excacatorum primum, deinde vero ad orbis saltem respicientium, qui & Christum in corpore videre meruerunt, qui terrena viderunt, & non viderunt: qui quae non videntur, viderunt, &c. Vellem & pedum illorum videre pulverem, qui per orbem currentes non laborarunt, qui ligati erant in ligno, quando noctu conqueiebatur carcer, qui orbem inhabitabilem etiam circumierunt, &c. Vellem videre sepulchrum, quo recondita sunt arma illa iustitiae, arma lucis, membra nunc viventia, tum vero etiam in hac vita essent emortua, in quibus omnibus vivebat Christus, quae mundo fuerunt crucifixae, & excolabantur. Prudentius in S. Laurentium: Ipsa & tenatus lumina quondam Luperci, & flammis, Apostolorum ac Martyrum excolantur limina. Petrus Cluniacensis de liminibus Apostolorum: Ab istis dem fidelibus dulcissimae ac devotissime deosculantur. Alludit Sidonius ad Heroniam, non ad Hieronymum, ut multi

Idem de sepulchro S. Petri: Nihil facit nomen adeo immortale, ut natura virtutis. Id offendunt Martyres, offendunt E Apostolorum reliquiae, offendit memoria eorum, qui redit, & ex Virtute vixerunt. Quot reges urbes everterunt, portus extruxerunt, & nominibus suis inscriptis decesserunt, nec tamen eis quidquam profuit, sed silentio, & oblivioni mandati sunt. Piscator autem Petrus, qui nihil fecit eorum, quoniam virtutem est persecutus, & civitatem maxime regiam occupavit, etiam post mortem resplendet sole clarius.

Docet insuper Chrysostomus, corpora horum Apostolorum Urbi Romanae & ornameto, & praesidio seu munimento esse: Civitas illa hinc facta est insignis plusquam a reliquis omnibus: & quemadmodum corpus magnum, ac validum, quos habet oculos illustres, sanctorum videlicet illorum corpora: non ita celum splendescit, quando radios suos sol ex sese dimittit, quemadmodum effundens. Hinc rapierit Paulus, hinc Petrus. Considerate, & horrete, quae spectaculum visura sit Roma, Paulum videlicet repente ex theca illa cum Petro resurgentem in occursum Domini sursum ferri? Qualem rosam Christo mittit Roma! quilibet coronis duabus ornatur urbis ista? Quilibet catenis aureis cincta est? quales habet fontes? Propterea celeberrima haec urbes, non propter copiam auri, non propter columnas, neque propter aliam phantasmam, sed propter columnas illas Ecclesiae.

De munimento antea audivimus. Nunc repeto: Hoc corpus plebem hanc munit, quod quavis turri, innumerisque mœnibus, ac vallibus est tutius. Et cum ipso etiam corpus beati Petri.

In eandem sententiam Venantius Fortunatus: Celorum portae, lati duo lumina mundi. Oronat Paulus, fulgurat arce Petrus. Inter Apostolicas radiantis luce coronas. Doctus hic monitus, celsior ille gradus.

Corda per hunc hominum radiantur. Quae astra per illum. Quos docet ipse fides, suscipit ille polo. Pandit ier oculis hic dogmata, clavibus alter: Est vni cui Paulus, janua fida Petrus.

Hic petra firma manens, ille architectus habetur: Surgit in his templum, quo placet ara Deo. A facie basilidis duo propugnacula praesunt. Quos fidei turres Urbis caput urbis habet. Hic radians oculis praesidio in corpore Christi. Lumine qui proprio cetera membra regunt.

Testis eisdem praesidii S. Gregorius Magnus scribens ad Rusticam Patriciam: Si gladius Italiae, & bella formidatis; solliciti debetis adspicere, quanta beata Petri Apostolorum principis in hac protectio est: in qua sine magnitudine populi, & sine adiutorio militum, tot annos inter gladios illasi, Deo auctore, servamur.

De regibus sepulchrum S. Petri venerari solent sic S. Augustinus: Nunc ad memoriam piscatoris spectantur gentia Imperatoris: ibi radiant gemmae diadematis, ubi fulgent benedicta piscatoris. Et alibi scribens ad Madalenas: Videtis & imperii nobilissimi eminentissimum culmen ad sepulchrum piscatoris Petri, submissio diademate supplicare, &c.

DE ANTIQUITATE PEREGRINATIONIS AD LIMINA APOSTOLORUM; DEQUE RITU, H quo illa fideles venerant funt.

Peregrinationes ad Memoriae, & Basilicas sanctorum cum ipsa religione Christiana copiosae, evidentibus historiis testimonio adseruimus; nominatim illam Romanam ad limina Apostolorum: Ipsas enim Basilicas appellare limina antiqui est moris; praeterim Basilicas Apostolorum, idque reverentiae, & observantiae causa. Claudianus ad Jacobum Magistrum equitum.

Per cineres Pauli, per cana limina Petri. In Aulis S. Alexandri pontificis: Tu si ad limina sancti Petri duxisses eum, &c. Fortunatus in carmine de parva Virginis:

Quos recipit sacra porta Petri, quos janua Pauli. Limina enim prostrati in terra venerantibus, & excolabantur. Prudentius Hymno in S. Laurentium: Ipsa & tenatus lumina quondam Luperci, & flammis, Apostolorum ac Martyrum excolantur limina. Petrus Cluniacensis de liminibus Apostolorum: Ab istis dem fidelibus dulcissimae ac devotissime deosculantur. Alludit Sidonius ad Heroniam, non ad Hieronymum, ut multi

multi perperam citant: Triumphalibus Apostolorum liminibus astitus omnem protinus sensu membris male fortibus explosum esse languorem. Idem & in aliis Ecclesiarum Sanctis dedicatarum luminibus fiebat. S. Chrysostomus: Templi vestibula, & aditus osculamur. Fortunatus de Basilica Ravennate:

Rursus Appollinaris praetio limina lambit. Rufus huius simplex, &c. Arator, ubi de templo Philippensi in honorem S. Pauli condito:

Quam bene carcer erat, tota concurrunt Urbe. Qui primus novata petat, quive oscula figat Possibus, & in ista sacretur parte cylindri. Eodius Valens de liminibus S. Stephanii: Ante limina gloriosi Martyris prostrata, effusus fuit cordis dolores expressit. Subdit: Deinde ante sacra ejus limina prostratae noctu diuque stantes, &c.

S. Paulinus Natali tertio D. Felicii: Cernere hunc passum est sacra purgata medela. Peshora liminibus sterni, &c. Prudentius in Hymno de S. Hippolyto:

Oscula per picuo figunt impressa metallo. Gregorius de Miraculis S. Morini. Ut Basilicæ sancti Martini limina obsecraturum fuisse, notat Sidonius Appollinaris Scholasticus. Arnobius lib. 1. Cum per omnia supplices irent templum, cum Deorum ante ora prostrati, limina ipsa converterent osculis.

Tibullus. Non ego, si mori, dubitem procumbere templis, Et dare sacratis oscula liminibus. Sed notum est; non omnia, quae Ethnici vel agunt, vel egerunt, improbanda esse: cum multa ipsius naturae instinctu bene egerint; inter quae hoc ipsum, loca religiosa venerari, & quidem osculis; licet in hoc non parum a veritatis tramite aberrant, quod hoc honore templa Idolorum, vel potius Demorum, affecerunt.

Porro peregrini Romam profecti id solemne erat, ut primum omnium limina Apostolorum adirent, ut colligitur ex Ennodio in defensione Symonachi Papae. Sidonius: Ubi primum, vel potius congerent, triumphalibus Apostolorum liminibus affusus, &c. Respexit ad hunc morem Pacatus in pane gregico Theodosii: Quod facere ingreditur magnas urbes solemus, ut primum sacras aedes, dicatae numini summo delubra visitamus. Hanc ob venerationem, quae luminibus deferretur, coronati fertis; omniique ornamentorum genere decorati solebant.

Aurea nunc niveis ornantur limina velis. Et: Limina ceratis adolent odor papyrus, Et Natali Sexto: Pulchra regendis Vela ferant foribus, seu puro splendida limo, Sive coloratis textum fucata figuris; Hi leves titulas lento poliant argento, Sanèaque praesixis obducant limina lammis.

Notat Baromius ingrediti limina Apostolorum, & in Ecclesia illa sacrum facere, idem fuisse, quod communicare Catholicae Ecclesiae, idque ex his Operati Mlevidani verbis ostendit: Ad Petri memoriam non accedit, quasi Schismaticus, contra A Apostolorum faciens, qui ait: Memoriam sanctorum communicantes. Ecce praesentes sunt ibi duorum Memoriarum Apostolorum. Dicite, si has ingredi poterit, ita ut obtulerit illic, ubi sanctorum Memoriam assidue constat; Adhuc tamen quoque peregrini Apostolis munera. Beda de suo Abbate, in itinere defuncto: Inter alia dona, quae adferre disposuerat, misit Ecclesiae S. Petri pandectas ad B. Hieronymum in Latino ex Hebraeo, vel Graeco fonte translata.

Peregrinos ad limina Apostolorum privilegii quibusdam, & commodis aulis esse. Accesserunt nonnulla de quibusdam peregrinantium ritibus, & moribus.

Qui ad limina Apostolorum ibant, Romipetæ vocabantur, inquit Scholasticus Sidonius. Gallis Romiers, Arvernus Romeou, in veteribus libris Gallico idiomate conceptis, Ramiers. Sed hi non Romipetæ sunt, & diversi ab his, qui Romiers dicuntur: Romiers, Romipetæ sunt: Ramiers, Hierosolymipetæ: quia ab Hierosolyta reducere ramos palmarum reportarunt. Unde & palmeros in istisdem libris vocantur.

L. B. Tirat. vit. Human. Tom. V I.

In horum gratiam jam pridem hunc Canonem tulit Calixtus Pontifex: Si quis Romipetas, & peregrinos, & Apostolorum limina, & aliorum sanctorum Oratoria visitantes capere, seu rebus, quas ferunt, spoliare, & mercatores novis teloniorum, & pedagiorum exactioibus molestare tentaverit, donec satisfecerit, communionem careat Christiana.

In Bulla Coenae Domini fertur Excommunicatio in omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu depradantes Romipetas, seu peregrinos ad urbem causa devotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes. Eadem censura feruntur, qui ad has injurias peregrinis inferendas auxilium, consilium, aut favorem conferunt. Non absimilia in gratiam peregrinorum statuit Nicolaus Pontifex: Illi, qui peregrinos, vel oratores, cuiuscumque sancti, sive clericos, sive monachos, vel foeminas, aut inermes pauperes depradati fuerint, vel bona eorum rapuerint, vel in malum eis obviaverint; anathematis vinculo seriantur, nisi dignè emendaverint. Pax vero illa, quam treugam dicimus, sic observetur, sicut ab Archiepiscopis uniuersisque Provinciis constituta est. Qui autem cam iniret, excommunicationi subdatur.

Eodem ad vestigalibus pendendis liberavit Pipinus Rex Francorum hac sua constitutione: De peregrinis humiliter constitutum, qui propter Dominum ad Romam, vel alibi vadunt: ut ipsi per nullam occasionem ad pontes, & ad Exclusas, aut navigia detineantur propter scripta sua; nullus peregrino calumniam faciat, nec ullum telonium ei tollat. Et, si quis hoc fecerit, qualicumque homo hoc comprobaverit, de sexaginta solidis (quos solvere debet, qui hoc fecit) triginta illi concedimus, & illi alii in sacello regis veniunt.

Idem Rex in Synodo, quae celebrata est in Palatio Vernis dicto, anno Domini 756. monuit, ne quid exigeretur a peregrinis, qui loca sancta religionis causa inviserent: quos liberali stipendio iuvit Zacharias Pontifex, de quo Anastasius: Hic beatissimus Papa statuit crebris diebus, alimentorum sumptus, quae & elemosyna usque nunc appellatur, de venerabili Patriarchio a paracellaris pauperibus, & peregrinis, qui ad beatum Petrum morantur, deportari: eisque erogari, necnon & omnibus inopibus, & infirmis per uniuersas regiones istius Romanae urbis constituitis.

Eodem fine ad S. Petrum construxerat domum hospitalem Leo III. Pontifex reparatam postea a Paschali, de quo Anastasius Bibliothecarius. Ob dilectionem, quam habuit erga praedecessorem suum pia memo. dominum Leonem III. Papam, hospitalem S. Peregrini positum ad B. Petrum Apostolum in loco, qui vocatur Naumachia, quod idem Leo construxerat, quod ob neglectum, & desertionem Praepositorum paupertatis inopia consumi videbatur, fundis, manfis, & casibus, cum colonis, & domibus locupletavit.

Ad hanc hospitalem domum alludere videtur Martinus Pontifex: Respondens Demosthenes dixit: Vere veritas sic se habet. Unde autem fumebat ea, quae ad usum sui corporis erant necessaria: Dicit beatus manifestè: De Patriarchio Romano. Ait concertator. Qualis panis dabitur ei? Respondit honorabilis vir: Vos Domini mei necitis Ecclesiam Romanam. Dico enim vobis, quia quisquis venit illic memorabilis homo hospitari, omnia ad usum praebentur ei, & nullum immuncum finis donis S. Petrus repellit venientium illuc: sed panis mundissimus, & vina diversa dantur, non solum ei, sed hominibus ei pertinentibus. Si ergo in miserabilibus hominibus haec fiunt: qui venit honorabilis sicut Episcopus, quales sumptus habet suscipere! Quibus non immerito Baromius subicit illa: Vides, lector, munificentiam Romanae Ecclesiae erga hospites omnes, quibus panis mundissimus, & vina diversita impenduntur. Praestabantur vero multo maiora aduentibus illuc externis Episcopis.

Peregrinos Anglosa tributi pensione liberos pronuntiavit Carolus Magnus in gratiam Regis Merciorum Oise, in Epistola ad eundem Oisam. De peregrinis, qui pro amore Dei, & salute animarum suarum beatorum Apostolorum familia desiderant adire, cum pace, sine omni perturbatione vadant, sed si aliqui non religioni ferventes, sed lucrum sectantes inter eos inveniuntur, locis opportunitis statuta solvant telonia, &c.

De frequentia peregrinationis ad limina Apostolorum.

NICOLAUS primus Pontifex, epist. ad Michaelem Imperat. Constantinop. Tanta millia hominum protectioni, ac intercessioni, &c.